



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

18. S. Gabriel Archangelus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Festum S. Gabrielis Archangeli

Primi Maternitatis B. V. Mariæ  
Encomiastis.

EXHORTATIUNCULA I.

**F**illi dilecte ! debitores sumus S. Gabrielis, Solvamus : Sed vitâ Christianâ dignâ, vitâ sanctâ, & exemplari. Annuntiavit toti mundo gaudium magnum, dum SS. Incarnationis Mysterium. O felix nuntium quod destruxit peccati chirographum ! quid retribuamus.

*Instructio meritoria.*

Nulla gratior SS. Angelis devotio, quam quæ venit à corde puro, & humili. In præsentia igitur hujus Archangeli ambulare vel hodie discamus hac sub tessera: *Archangelus me videt.* Ne offendamus, novies repetamus illam Angelicam Salutationem manè, meridie, & vespero recitari ab Ecclesia solitam cum profunda genuflexione ad y. & *Verbum Caro factum est.* Hoc est cum Angelis venerari Incarnationem, & salutare Ma-

M 2 riam.

268 XVIII. Martii. S. Gabrielis Archang.  
riam. Quid dulcior in ore? Quid exel-  
lentius in homine?

II.

**A**ngustiæ, ô fili! nos circumdant  
undique? intus pavor, extræ in-  
sidiæ, & mille pericula. Quærunt,  
rapiant misellam animam, jurati infi-  
ciunt. Sed quid consili? S. Gabrieli adhære-  
mus. Dicitur enim *fortitudo Dei*. Quam  
potenter sub hoc nostra quiescit anima.  
Incurii Deo, & SS. Angelis sumus, si in  
causa virtutis dæmoni cedimus. Suspi-  
ciamus cœlum! en! quot veniant in  
subsidium.

*Instructio meritoria.*

Tres infensissimi sunt hostes animæ.  
Hos ut simul tollat, unus sufficit S. Gab-  
riel, pro cuius amore perpetuo mentis  
nostræ implantando offeramus *Lyra-  
nias de omnibus sanctis Angelis*. Custos  
est periclitantium! clamemus, & exau-  
diet nos.

III.

**M**ariam tepidè colimus frigidè ama-  
mus? fili mi! si sanctum accendi-  
mus Gabrielem, meritò confundimur.

Tan-



Tantus fuit in Deiparam amore, ut nemo fuerit è Virginis amatoribus, qui tantum Archangelum superaret amandô. Hinc continuus Mariæ comes, & socius.

*Instructio meritoria.*

Deprecemur nostras irreverentias, & in harum compensationem persolvamus novies Canticum Mariæ : *Magnificat.* Addendo & illum Psalmum Eucharisticum : *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ &c.* Multum offendimus? Mitigemus devotis precibûs. Suscipiet S. Gabriel. Acceptabit & Maria.

Festum S. Josephi, Nutritii Salvatoris, Sponsi B. V. Mariæ.

*EXHORTATIUNCULA I.*

**M**oriendum est! Quando? & Ubi? An benè, an malè? Prorsùs incertum. Sed non diffidamus, dilecte fili! ecce! bonæ mortis patronos vobis sisto potentissimos Jesum, Mariam, Josephum. Horum amor, & cultus, ô quot jam mortem attulit suavissimam! non negabitur nobis, si fideles fuerimus in amando Jesum, Mariam, & S. Josephum.

M 3

in-